


angula & latera proportionalia quæ subtenduntur æqualibus
angulis per propoſi, iiii, li, vi, elemen, ſimiliter duo trianguli
d b c, d l g, proportionaliũ ſunt laterũ igitur vt d l, ad l g, ſic d b,
ſeu æqualis a b, ad b c, ſimiliter erit vt e l, ad l g, ſic e b, ſeu
æqualis a b, ad b h, ſed p cõſtructionẽ inter d l, l g, mediæ pro-
portionales ſunt k l, l e, igitur b h, erit ſecunda mediãrũ propor-
tionalium inter a b, b c. Et ſi per decimã tertiã propoſitionẽ li,
vi, elem, ipſis h b, b c, mediam fecerimus proportionalem ipſa
tertia erit proportionalis, fiat itaq; & ſit m, datis igitur duabus
rectis lineis a b, b c, binæ medię continue proportionales inueni-
tæ ſunt, b h, & m, rectæ lineæ,

VT PORVS.

Datis duab⁹ rectis lineis binas medias pportionales inuenire.

Sint datæ duæ re-
ctæ lineæ inæqua-
les a b, b c, oportet
itaq; ipſarũ a b, b c,
binas medias pro-
portionales inueni-
re in continua pro-
portione. Ex b, ipſi
a b, ad rectos angu-
los ducatur d b e,
et cẽtro b, interual-



lo autem b a, ſemicirculus deſcribatur d a e, & ex e, in c, recta
linea cõiuncta pducatur in f, & ab ipſo d, producatuſ quẽpiam
recta lineæ, ita vt ſit æqualis g h, ipſi h k. Id enim fieri poteſt,
ducãturq; ex ipſis g k, in d e, ppẽdiculares g l, k n m. Quoniã
igitur eſt vt k h, ad h g, ſic m b, ad b l, per ppo. ii, li, vi, elemẽ, Eu.

Eſt autẽ per cõſtructionẽ k h, ipſi h g, æqualis, igitur etiã m b,
ipſi b l, æqualis, atq; ex cõmuni ſententia, Si æqualibus demantur
æqualia & cẽ, reliq; m e, ipſi d l, exiſtit æqlis. Proinde etiã tota
d m, ipſi toti l e, erit æqualis. Ex cõmuni ſententia, Si æqualib⁹
addantur æqualia & cetera, Et ob hoc eſt vt m d, ad d l, ita l e, ad e
m, Atqui vt m d, ad d l, ſic k m, ad g l, vt aut l e, ad e m, ſic g l, ad